infirmitatis eius. & de occultate potestas quam iudei non nouerant. Unde illis modo dictum est, neque me scitis neque patrē meum. & deitas nesuscepta. quam iudei nouerant. & cuius patriā sciebant. unde illis alio loco dixit. & me nostis & unde sim scitis. utrū que nouerimus in xp̄o. & unde equalis est patri. & unde illo maior est pater; illud uerbum ē. illud caro, illud ds est. illud homo; sed unus est xp̄s ds & homo.

EXPLICIT XXXIII. INCIPIT.

ABEO QUOD DICTUM Ē. DIXERGO ITERUM EIS IHS. EGO UADO ET QUERITIS ME. USQUE AD ID QUOD DICTUM Ē. DIXIT EIS IHS. PRINCIPIUM QUI ET LOQUOR UOBIS; XXXV

UT EGO SCIEBANT

SERMO QUAE PRAECESSIT HODIERNUM. ITA CONCLUSA ERAT. QUIA LOCUTUS Ē DICENS in gazofilacio dns̄ quae uoluit & que audistis. & nemo adprehendit eum. quia non dum uenerat hora eius; Hinc disputatum est dominico die. quod ipse donare dignatus est. intimabimus caritati uestrae. Quare dictum sit non dum uenerat hora eius. Ne positum xp̄m sub aliqua necessitate fatali, ulla impietas auderet inprobe suspicari; non dum uenerat hora. quae ex ordine suo secundū eaque praedicta sunt de illo. non mori cogeretur inuitus. sed occideretur paratus. Modo autem de ipsa passione sua. quam positurus erat. non in eius necessitate sed potestate. locutus est iudeis dicens; Ego uado; xp̄o enim dn̄o mors profectio fuit. Illo unde uenerat. & unde non discesserat. Ego inquid uado & queritis me. Non desiderio. sed odio. Nam illum postea quam abcessit ab oculis hominum inquisierunt. & qui oderant. & qui amabant. Illi persequendo. illi habere cupiendo. In psalmis ait ipse dns̄ per prophetam. Periit fuga a me. & non est qui requirat animam meam; Et iterum ait alio loco in psalmo; Confundantur & reuereantur. requirentes animam meam;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_207/0106